

Romano fuso ac Profligato: cyprum insulam cepit ac diripiuit. Anno inse-  
quenti idem Mahuias classe iterum educata cretam Insulam depopulatus  
est. Indutiae deinde Bienii inter eos pacte. Quibus peractis: alia Superad  
dita Imperio clades Armenii quidem qui semper ad eā diē cū Imperio ste-  
terant Sarracenis federe: iuncti sunt:

Amissaque per hunc modum illa quoq; prouincia est.

Tertio iterum Mahuias classe repetita ab Alexandria soluens . Rhodum  
insulam duxit cepitq;. Colossum omnium maximum in portus hostio cō-  
stitutum. Non illius tantum urbis: Sed orbis etiam ornamentum: iudaeo  
homini precio cōminuendum dedit. Eo ære noningenti camelii onerati: cō-  
stans ea clade permotus classem quam maximam potest conficit congrega-  
fusq; iterum Sarracenis apud liciam iam quartum fusus fugatusq;. Ea ad  
dita ignominia: ut mutata ueste cæteraq; relicta classe satis habuerit nau-  
cula fugam arripere. His tot tantisq; flagellis admonitus . Qui respicere  
debuerat crudelior indies fieri ea Monochelitarum insania uexatus in mul-  
tos parere recusantes tum uerberibus aliisq; cruciatibus: tū bonorum spo-  
liationibus: & exiliis atrocissime deseuit. Dum ea in oriente geruntur non  
uidetur hoc loco prætereundum Aritpertii regis qui per ea tempora lango-  
bardorum regnum tenebat: Factum præclarum in regni administratione  
longe diuersum ab eo quod in susceptione edidit. Nam qui Regnum com-  
perti regis filio imperfecto per scelus iuascerat: summam suscepito regno in  
deum pietatem & in creditos sibi populos iustitiam declarauit. Siquidem  
præter alia in Romanam ecclesiam pietatis testimonia : Alpes cotias: ubi  
nunc Genua est: tractumq; illum ligusticæ gentis ad inferum uergente: do-  
no dedit ecclesiæ. Iustitiae autem conseruandæ usq; adeo animum intendit  
ut interdum depositis regiis insignibus ac mutata ueste Regnum lustraret:  
exploraretq; diligentius quid populi de se quid de iis quibus administran-  
da credita erat iustitia: sentirent: Ut pro dignitate unicuiq; meritum refer-  
ret. Adeo interdum qui legitimum suscipit imperium per omne latrociniū  
administrat. Qui perscelus & iniuriā pie sancteq; ludatq; per omne lu-  
dorum genus mortalium aīs fortuna: effugere enim primi facinoris piacu-  
lum non potuit. Nam coniuratione aduersus eum facta: dum in fugam se  
proripit: Atq; in tictum amnem incumbētibus tergo inimicis se se cū equo  
demittit suffocatus iteriit. Neq; eo uno piaculo poenas luit. In filios impu-  
beres. Qui nihil meruerant poena processit. Ea siquidem re cognita grimo  
aldus dux beneuentanus Relicto Romoaldo filio ad beneuenti & Apulia  
præsidium qbuscunq; pōt copiis Papiā aduolat: deturbatisq; Aritpertii filiis  
ipse Regnū iuadit. Hos italiæ motus clodoueus frācorū rex quū persensi-  
set: tētare ipse quoq; fortunā statuit: si quō per eas lāgobardorū dissēsiōes  
ad italię domiatū posset irripere trāsmisit aliquot eq̄tū cohortes q̄ si aritpti